UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Amice Lector, F Ave; Et Monita accipe quina.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

AMICE LECTOR,
F
AVE;

Et Monita accipe quina.

ANTICHRISTVS hic Lutherocaluiniſticus Quadripertitus ſuperiora Lutherocaluiniſtica, ceu connexa ſibi, requirit ac velut præſupponit: quo & Te pene ſingulis in Quæſitis remittit.

II. Scripturas Noui Teſtamenti potiſſimum frequento; vt qui loquentem CHRISTVM facio. Cui tamen & Vetera ſubinde, cum ſuppetunt, tribuo; ſed tranſcurſim.

III. CHRISTVM, ſi quandoque S. Patres appellantem induco; memineris his, quam Apoſtolis, nihil minus ab eo dictum: *Vos eritis mihi teſtes in Omni Iudea, & orbe.* Si & Hæreſiarchas nominet dedecoris causâ; noris de ijs dictum ab eo: *Qui Eccleſiam non audierit. &c.* Vt nihil in vtroque ſit indecorum Domino.

IV. Protaſin pono Antichriſtianam: Chriſtianam Apodoſin ſubijcio; Et rarius tamen Illationem propoſiti, ſeu Collationem facio; Quod mediocriter Intelligentibus eam vltro liquere exiſtimem.

V. Potiores Antichriſtianiſmos huc infero; minutiores prætereo; vt quos hodiernos vixdum ſit numerare ſatis. Demum per iſta his ſtudeo; Breuitati: Perſpicuitati: Soliditati: Conſtantiæ Methodi: Vſui Vulgari; Non Scholari. VTERE; FRVERE;

V A L E.

Par-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN